2. **perſönlich:** alqs: Helvetii cum omnibus suis carris secuti; G I, 24. si praeterea nemo sequatur; G I, 40, d. (nostri) compluribus interfectis longius impeditioribus locis secuti; G III, 28. qui sequi velint, profiteantur; G VI, 23. qui ex his secuti non sunt; G VI, 23. Caesar ... secutus. quantum diei tempus est passum; G VII, 68, Germani acrius usque ad munitiones sequuntur; G VII, 70. illi studio incitati incautius sequebantur; C III, 24. Scipionem properantem sequi litterae sunt consecutae a M. Favonio; C III, 36, b. Didius ... confestim sequi coepit; H 37.

annus: ut ... simul .. se et honorem suum sequentis anni commendaret; G VIII, 50.

centuriones: tribuni militum centurionesque sequuntur; C III, 13.

dies: sequenti die cum iter facere Caesar cum copiis vellet; H 28.

equitatus: cum ... impedimenta .. et omnis equitatus sequeretur; C I, 40, a.

eventus: in tanta rerum iniquitate fortunae quoque eventus varii sequebantur; G II, 22.

hiems: ea, quae secuta est, hieme; G IV, 1.

impedimenta: ſ. equitatus.

iumenta: oppidanis .. imperat, ut plostra iumentaque omnia sequantur; Af 9.

multitudo: magna .. multitudo calonum, magna vis iumentorum ... sequitur; G VI, 36.

pars: equitum partem sequi ... iubet; G VII, 87.

plostra: ſ. iumenta.

senatus: Pompeio esse in animo reipublicae non deesse, si senatus sequatur; C I, 1.

tempestates: secutae sunt continuos complures dies tempestates; G IV, 34.

tribuni: ſ. centuriones. — vis: ſ. multitudo.

II. **mit Object:** alqm: eum ... nostri triduum morati eos sequi non potuissent; G I, 26. ipse triduo intermisso cum omnibus copiis eos sequi coepit; G I, 26. qui ex urbe amicitiae causa Caesarem secuti non magnum in re militari usum habebant; G I, 39, a. cum ex dediticiis Belgis reliquisque Gallis complures Caesarem secuti una iter facerent; G II, 17. magna .. multitudo carrorum etiam expeditos sequi Gallos consuevit; G VIII, 14, a. neque iis (militibus) posse persuaderi, uti eum (Caesarem) defendant aut sequantur saltem; C I, 6, a. etsi ... maxime probabat ... Pompeium sequi; C I, 29. Pompei sequendi rationem omittit; C I, 30, a. hunc (Domitium) conspicatae naves ... sublatis ancoris sequi coeperunt; C II, 22. hunc secutus Marcius Rufus quaestor navibus XII; C II, 23. vos autem incerta victoria Caesarem secuti diiudicata iam belli fortuna victum sequamini? C II, 32, b. hos (Apolloniates) sequuntur Bullidenses, Amantini et reliquae finitimae civitates totaque Epiros; C III, 12. praetervectos .. Dyrrhachium magna vi venti nihilo secius (Coponius) sequebatur; C III, 26. (Scipio) Cassium sequi desistit; C III, 36, b. sequimini me, .. manipulares mei qui fuistis; C III, 91. qui cum ex fuga Pompeium sequerentur; C III, 102, b. cum ... Cn. Pompeium Caesar victor sequeretur; A 42, b. sequuntur hunc (Octavium) suae naves nonnullae; A 46. ſ. factum; C II, 32, a. vgl. se; C II, 28. centurionem. damnatum. — se: equites ... naves conscendere et se sequi iussit; G IV, 23. Sabinus quos in praesentia tribunos militum circum se habebat et primorum ordinum centuriones se sequi iubet; G V, 37. turmis .. equitum et cohortibus visis, quas se sequi iusserat; G VII, 88. his (gladiatoribus) equos attribuit et se sequi iussit; C I, 14. si se atque Attium secuti essent; C II, 28. (milites) sequi sese iubet et praecurrit ante omnes; C II, 34, b. equites sequi iubet sese; C II, 39. cum legione una, quam se ex Thessalia sequi iusserat; C III, 106. Caesar ... omnem classem se sequi iussit; A 10. imperat ... legiones se † VIII ‖ III ‖ veteranas cum parte equitatus sequi; Af 66.

alqd: genus hominum, cui liceret libere facere et sequi, quod vellet; C II, 29. ut consuefaceret milites ... cognoscere .. quid sequi, quid vitare conveniret; Af 73. quod nonnulli cum probarent, periculi causa sequi non potuerunt; F 16.

amicitiam: illi (Remi afuerunt), quod amicitiam Romanorum sequebantur; G VII, 63. multae longinquiores civitates ab Afranio desciscunt et Caesaris amicitiam sequuntur; C I, 60.

animum: etsi (Vatinius) gravi valetudine affectus vix corporis viribus animum sequebatur; A 44, a.

auctoritatem: debere eos (Massilienses) Italiae totius auctoritatem sequi potius, quam ..; C I, 35. qui (Galli Germanique) partim eius auctoritatem erant ex Gallia secuti; Af 40.

bella: qui (timor) fere bella et civiles dissensiones sequi consuevit; C III, 1.

causam: si non fortunae obsecutus videbere ... nec causam secutus, ... sed meum aliquod factum condemnavisse, F 16.

classem: (Caesar) hostium classem sequi coepit; Af 63.

centurionem: Petronius ... centurio ... manipularibus suis, qui illum secuti erant, „quoniam", inquit ..; G VII, 50, b.

cohortes: omnis .. noster equitatus eas cohortes est secutus; C III, 68.

commutationem: tum rursus aestus commutationem secutus remis contendit, ut ..; G V, 8.

damnatum: (Orgetorigem) damnatum poenam sequi oportebat, ut igni cremaretur; G I, 4.

deditionem: vos ... Corfiniensem ignominiam, Italiae fugam, Hispaniarum deditionem, Africi belli praeiudicia sequimini! C II, 32, d.

dissensiones: ſ. bella.

equites: qui .. eos (equites) armati ex praesidio secuti sunt; C III, 28, b. qui .. hos (equites) sequebantur; C III, 38.

factum: vos enim vestrumque factum omnia .. deinceps municipia sunt secuta; C II, 32, a. secundani ... secuti sunt factum superiorum; A 54.

fidem: ſ. **fides,** II, 1. sequor (3 St.) S. 396, a.

fugam: ſ. deditionem.

gratiam: sin Caesarem recipiant atque eius gratiam sequantur; C I, 1.

hostes: eo die quo consuerat intervallo hostes sequitur; G I, 22. quos (hostes) tanto spatio secuti, quantum ..; G IV, 35.

ignominiam: ſ. deditionem.

loca: illi necessario loca sequi demissa ac palustria ... cogebantur; C III, 49.

munitionem: munitionem ... dextri Caesaris cornus cohortes ignorantia loci sunt secutae; C III, 68.

navem: quae (navis) quamque earum (navium) sequatur, ... constituit; A 14.

praeiudicia: ſ. deditionem.

rationem: relinquebatur, ut extremam rationem belli sequens quam plurimos colles occuparet; C III, 44, a.

regiones: regiones secutus quam potuit aequissimas; G VII, 74.

sententiam: M. Rufus, qui sententiam Calidii paucis fere mutatis rebus sequebatur; C I, 2. sic ... plerique ... inviti et coacti et Scipionis sententiam sequuntur; C I, 2.

serenitas, Heiterkeit: huc accedebat, ut locus illa planicie aequitatem ornaret ‖ equitatum evocaret et ‖ diei solisque serenitate ‖ serenitatem ‖; H 29, a.

sermo, Rede, Unterredung, Geſpräch, Gerede: I, 1. accipio: * sermones militum dubii durius accipiebantur, nonnulli etiam ab iis, qui diligentiores videri volebant, fingebantur; C II, 29.

conficio: reliquo sermone confecto, cuius rei causa venerat; C I, 8.

defugio: his omnes decedunt, aditum sermonemque defugiunt; G VI, 13, b.

fingo: ſ. accipio.

instituo: dum ... longior .. consulto ab Ambiorige instituitur sermo; G V, 37.

refero: cum ... eius sermonem nuntius ad se ‖ Scipionem ‖ referret; Af 57.

2. intersum: ab iis Caesar haec facta cognovit, qui sermoni interfuerunt; C III, 18.

3. utor: ipse (Cato) sine suspicione, vultu atque sermone, quo superiore tempore usus fuerat, cum dormitum isset; Af 88, a.

4. ingredior in: quem (Vibullium) ingressum in sermonem Pompeius interpellavit; C III, 18.

II. aditus: qui (duces principesque) aliquem sermonis aditum causamque amicitiae cum Cicerone habebant; G V, 41.

amator: tu in summis, o dimidiate Menander, poneris, ... puri sermonis amator; F 23.

III. augeri: is (timor) variis hominum sermonibus celeriter augetur; C II, 29.

ferre: haec omnibus ferebat sermonibus; C II, 17.

notus: quae bella quamquam ex parte nobis Caesaris sermone sunt nota, tamen ..; G VIII, pr. b.

provocari: his provocati sermonibus fidem ab imperatore ... petunt; C I, 74, a.

sero, ſäen: alqd: multa .. erant intra eum locum manu sata; C III, 44, a.

frumenta: interiores plerique frumenta non serunt; G V, 14. frumenta, .. quae fuerant intra munitiones sata, consumpserant; C III, 58.

sero, ſpät, zu ſpät: cognosco: ut ... quam serissime eius (Caesaris) profectio cognosceretur; C III, 75.

facio: contra ea Titurius sero facturos clamitabat; G V, 29.

provehor: serius a terra provectae naves ... in redeundo offenderunt; C III, 8.

serpo, ſich ausbreiten: cum ... ignis magnitudine venti latius serperet; C III, 101, c.

servilis, die Sklaven betreffend: modus: de uxoribus in servilem modum quaestionem habent; G VI, 19.

tumultus: factum (eius hostis periculum) etiam nuper in Italia servili tumultu; G I, 40, b.

servio, gefällig, bedacht ſein, ſich richten: alqs: sive vere quam habuerant opinionem ad eum perferunt, sive etiam auribus Vari serviunt; C II, 27. ut ... omnibus omissis rebus huic bello servirent; G VII, 34. non longam navigationem parabant, sed praesentis temporis necessitati serviebant; A 13. eum incertis rumoribus serviant; G IV, 5.

exactores, al.: qui (praefecti, exactores) praeter imperatas pecunias suo etiam privato compendio serviebant; C III, 32, b.

servitium, Sklaven: I. agunt: huc omnem comportatum aggerem ex castris servitia agerent inssit; A 73.

II. manumitto: ut servitia manumitterent; Af 88, a.

III. a: qui a servitiis puerisque, qui in castris erant, lapidibus pilisque prohibiti terram attingere; Af 85, a.

servitus, Sklaverei, Knechtſchaft: I, 1. appello: qui turpissimam servitutem deditionis nomine appellant; G VII, 77, a.

iniungo: his aeternam iniungere servitutem; G VII, 77, d.

perfero: ut in ea libertate ... permanere quam Romanorum servitutem perferre mallent; G III, 8.

2. subicio: nolite ... Galliam ... perpetuae servituti subicere; G VII, 77, c.

3. abduco in: ut ... liberi eorum in servitutem abduci ... non debuerint; G I, 11.

abripio in: liberos eorum (principum) obsidum nomine in servitutem abripi; Af 26, b.

abstraho in: liberos, coniuges in servitutem abstrahi; G VII, 14, b. caedes faciunt, in servitutem abstrahunt; G VII, 42.

dico in: plerique ... sese in servitutem dicant nobilibus; G VI, 13, a.

recipio in: ut se in servitutem receptos cibo iuvarent; G VII, 78.

redigo in: Haeduos ab Caesare in servitutem redactos omnes indignitates ... perferre; G II, 14.

teneo in: quod Haeduos ... in servitute atque in dicione videbat Germanorum teneri; G I, 33. quos (filios) Aduatuci ... apud se in servitute et catenis tenuissent; G V, 27, a.

trado in: ne se in servitutem Romanis traderent; G I, 51.

II. condicio: omnes .. homines natura libertati studere et condicionem servitutis odisse; G III, 10.

III. premi: quae (Gallia) ... securibus subiecta perpetua premitur servitute; G VII, 77, d.

servo, retten, erhalten, bewahren, beobachten: I. alqm: aegre per manus tractus (Baculus) servatur; G VI, 38. si pars aliqua circumventa ceciderit, at reliquos servari posse confidunt; G VI, 40. quoniam .. me una vobiscum servare non possum; G VII, 50, b. si quos ex eo periculo fortuna servare potuisset; C II, 41, b. se a Nasidi classe captum ... beneficio Vari esse servatum; Af 64.

alqd: in se uno non servari, quod sit omnibus datum semper imperatoribus, ut ..; C I, 85, c.

calones, equites: hos subsecuti calones equitesque eodem impetu militum virtute servantur; G VI, 40.

cohortes: ut ... impedimenta totius exercitus cohortisque in castris relictas servare non possent; C I, 70.

fidem: Cicero ... diffidens de numero dierum Caesarem fidem servaturum; G VI, 36. parem gratiam in fide servanda praestare voluerant; Af 40.

fructus: huius omnis pecuniae coniunctim ratio habetur fructusque servantur; G VI, 19.

impedimenta: ſ. cohortes. — institutum: ſ. **institutum,** I. 1. servo (3 St.) S. 507, a.

insulam: ut ... urbem insulamque Caesari servarent; C II, 20, a.

intervallum: ut idem illud intervallum servetur, neque inter se contingant trabes; G VII, 23.

itinera: Cassivellaunus ... itinera nostra servabat; G V, 19.

iura: eos (duces) neque colloqui neque indutiarum iura servasse; C I, 85, a.

ordines: ſ. **ordo,** II, 1. servo (6 St.) S. 739, a.

praesidia: quod deditione facta nostros praesidia deducturos aut denique indiligentius servaturos crediderant; G II, 33.

signa: quod (Afraniani) ... conferti neque ordines neque signa servarent; C I, 71.

urbem: ſ. insulam.

II. mit doppeltem Acc.: eius regni causa integra Caesari servaretur; A 35.

servus, Sklave: I. 1. defert: hic (Vertico) servo spe libertatis magnisque persuadet praemiis, ut litteras ad Caesarem deferat; G V, 45.

dicunt: ſ. II, 1. edoceo.

discedit: servus, cuius dominus in Caesaris castris fuisset, ... dominum iugulavit et ita clam a Caesaris praesidiis in Pompei castra discessit et indicium glande scriptum misit; H 18, a.

interficit: precibus a servo suo impetravit, ut se interficeret; Af 94.

iugulat: servus est prensus in cuniculo, quem supra demonstravimus dominum iugulasse: is vivus

est combustus; H 20. (Scapula) servum iussit et libertum ... alterum se iugulare, alterum pyram incendere; H 33. ſ. discedit.

mittit: ſ. discedit.

nuntiant: servi transfugae nuntiaverunt oppidanorum bona venire; H 22, b. servi transfugerunt, qui nuntiaverunt ... metum esse magnum; H 27.

perfugiunt: obsides, arma, servos, qui ad eos perfugissent, poposcit; G I, 27.

pronuntiant: ſ. II, 1. edoceo. — transfugiunt: ſ. nuntiant; H 27. — elliptiſch: ſ. II, 1. manumitto.

2. sum: qui (milites) dixerunt se servos esse; H 12.

II, 1. addo: tradit eos centurionibus et singulis non amplius singulos additos servos in navem imponendos separatim curavit; Af 54, b.

armo: servos, pastores armat atque iis equos attribuit; C I, 24. servos .. puberes armaverant; quibus domini locupletiores victum cotidianum stipendiumque praebebant; A 2.

comburo: ſ. I, 1. iugulat; H 20.

cremo, diligo: paulo supra hanc memoriam servi et clientes, quos ab iis dilectos esse constabat, iustis funeribus confectis una cremabantur; G VI, 19.

edoceo, al.: producit servos, quos in pabulatione paucis ante diebus exceperat et fame viuculisque excruciaverat. hi iam ante edocti, quae interrogati pronuntiarent, milites se esse legionarios dicunt; G VII, 20, b.

impono: ſ. addo. — interficio: ſ. 3. sumo de.

libero: servos .. omnes puberes liberaverunt; C III, 9, a.

manumitto: erant hic legiones, quae ex perfugis conscriptae, partim oppidanorum servi, qui erant a Sexto Pompeio manumissi; H 34.

prendo: ea nocte speculatores prensi servi III et unus ex legione vernacula; H 20. ſ. I, 1. iugulat; H 20.

tollo: servi sunt in crucem sublati, militi cervices abscisae; H 20.

voco: servis ad libertatem vocatis; G VIII, 30.

2. attribuo: ſ. 1. armo; C I, 24. — persuadeo: ſ. I, 1. defert. — praebeo: ſ. I. armo; A 2.

3. cogo ex: DCCC (equites) ex † servis suis pastorumque suorum || servis pastoribusque suis suorumque || coëgerat; C III, 4, b.

conscribo ex: quos ... ibi .. postea ex hibridis, libertinis servisque conscripserat, armaverat; Af 19, b.

impetro a: ſ. I, 1. interficit.

sumo de: qui (Bibulus) de servis liberisque omnibus ad impuberes supplicium sumit et ad unum interficit; C III, 14.

III, 1. capita: in capita singula servorum ac liberorum tributum imponebatur; C III, 32, a.

delectus: delectus cotidie libertinorum, Afrorum, servorum denique ... habere ... non intermittit; Af 36.

detrimentum: etsi (res) mediocre detrimentum iumentorum ac servorum nostris afferebat; G VIII, 10.

dominus: ſ. I, 1. discedit.

indicium: servi indicio omnes (equites Romanos) in custodiam esse coniectos; H 26.

locus: plebes paene servorum habetur loco; G VI, 13, a.

milia: expedito .. exercitu numero servorum, liberorum II milium ... (adolescentulus) ad oppidum Ascurum accedere coepit; Af 23.

multitudo: Androsthenes ... omnem ex agris multitudinem servorum ac liberorum in oppidum cogit; C III, 80, a. cum ... magnam illam servorum multitudinem, quae aggerem portabat, militum esse credidisset; A 74.

numerus: ut ... (Pompeium) consulares praetoriosque servorum habere numero dicerent; C III, 82, b.

2. iura in: in hos eadem omnia sunt iura, quae dominis in servos; G VI, 13, a.

IV, 1. complere: quas (naves) ... servis, libertis, colonis suis compleverat; C I, 34.

2. cum: erant praeterea cuiusque generis hominum milia circiter VI cum servis liberisque; C I, 51.

sesquipedalis, anderthalb Fuß dick: tigna bina sesquipedalia ... intervallo pedum duorum inter se iungebat; G IV, 17, a.

sestertius, Seſterz: I. accipio: si qui ex nostris transfugerit, in levem armaturam conici eumque non amplius XVII accipere; H 22, b.

adveho, affero: HS LX, quod advexerat Domitius atque in publico deposuerat, allatum ad se ab II viris Corfiniensibus Domitio reddit; C I, 23.

condono: Caesar militibus pro tanto labore ac patientia ... ducenos sestertios, centurionibus † tot milia nummum praedae nomine condonanda pollicetur; G VIII, 4.

depono: ſ. adveho.

divido: singulis (equitibus) C divisit; Af 87, b.

do: pollicetur .. iis (militibus) ... sestertios centenos se daturum; A 52.

dono: Caesar ob virtutem turmae Cassianae donavit milia XIII ... et levi armaturae milia XII; H 26.

impono: milies sestertio his imposito, ut per triennium sex pensionibus ... solverent; Af 90. Thapsitanis HS XX, conventui eorum HS XXX, itemque Adrumetinis HS XXX, conventui eorum HS L multae nomine imponit; Af 97.

polliceor: civis Romanos eius provinciae sibi ad rempublicam administrandam HS CLXXX et argenti pondo XX milia ... polliceri eoëgit; C II, 18, a. sestertios centenos militibus est pollicitus nec multo post ... sestertiis centenis milites donavit; A 48.

reddo: ſ. adveho. — solvo: ſ. impono; Af 90.

II. donari: quem (Scavam centurionem) ... donatum milibus CC; C III, 53. ſ. I. polliceor; A 48.

multare: ibi Sulcitanos ... HS C multat; Af 98.

pascisci: palam HS LX cum Calpurnio pacisci tur et cum Q. Sestio L; A 55.

seu ſ. **sive.**

severe, ernſt, ſtreng: Caesar Brundisium ad suos severius scripsit, ... ne occasionem navigandi dimitterent; C III, 25.

severitas, Ernſt, Strenge: addo: summae diligentiae summam imperii severitatem addit; G VII, 4, b.

dissolvo: quae dissolvendae disciplinae severitatisque essent; A 65, a.

minuo: quae (praemia) ... paulatim tamen et occulte militarem disciplinam severitatemque minuebant; A 48.

sevoco, bei Seite rufen: principes Galliae sollicitare, sevocare singulos hortarique coepit, uti in continenti remanerent; G V, 6.

sevum, Talg: I. glebae: Gallus per manus

sevi ac picis traditas glebas in ignem e regione turris proiciebat; G VII, 25.

II. complere: oppidani cupas sevo, pice, scandulis complent; G VIII, 42.

sex, ſechs: anni: pro cuius (exercitus) dignitate victoriaque amplius XXXVI ‖ xxx tot ‖ annis depugnavi; Af 45.

centuriones: nostri ... XLVI centurionibus amissis deiecti sunt loco; G VII, 51.

cohortes: in altera parte fluminis Quintum Titurium Sabinum legatum cum sex cohortibus relinquit; G II, 5. Caesar Labienum cum cohortibus sex subsidio laborantibus mittit; G VII, 86. Camerino fugientem Lucilium Hirrum cum sex cohortibus ... excipit; C I, 15, b. L. Manlius praetor Alba cum cohortibus sex profugit; C I, 24. ipse (Caesar) ... ponti castrisque praesidio sex cohortis reliquit; C I, 41. eo sex cohortes praesidii causa ex provincia misit; C II, 18, a. quartae aciei, quam instituerat sex cohortium, dedit signum; C III, 93, b. Lepti sex cohortium praesidio cum Saserna relicto; Af 9. cui (oppido) praeerat Saserna cum cohortibus VI; Af 29. Iuba ... sex cohortes in fines regni sui mittit; Af 55. Caesar ... celeriter sex cohortis secunda vigilia iubet proficisci; H 3, a.

dies: sex dies ad eam rem conficiendam spatii postulant; C I, 3.

horae: cum iam amplius horis sex continenter pugnaretur; G III, 5.

legiones: reliquas sex legiones pro castris in acie constituit; G II, 8. Caesar sex legiones expeditas ducebat; G II, 19. legiones sex, quae primae venerant, ... castra munire coeperunt; G II, 19. sex reliquas (legiones) ... Agedici in hibernis collocavit; G VI, 44. sex (legiones Caesar) ipse in Arvernos ... duxit; G VII, 34. (Caesar) Brundisium cum legionibus VI pervenit; C, I, 25, a. Caesar legiones in Hisaniam praemiserat [ad] VI [milia]; C I, 39. neque .. sex legiones alia de causa missas in Hispaniam septimamque ibi conscriptam; C I, 85, b. impositae ... legiones VI; C III, 6. legionibus collectis VI; Af 2.

milia: circiter hominum milia VI ... ad Rhenum ... contenderunt; G I, 27. summa erat capitum ... Tulingorum milia XXXVI; G 1, 29. equitum milia erant sex; G I, 48. qui ... sex milia hominum una reliquerunt; G II, 29. celeriter ad clamorem hominum circiter milia sex convenerunt; G IV, 37. Correum ... fortissimorum milia sex peditum delegisse; G VIII, 17. erant praeterea cuiusque generis hominum milia circiter VI; C I, 51. milium sex ad iter addito circuitu; C I, 64. sex milium circuitu in oppidum pervenit; C II, 24. quae (acies) lateribus equitatu tegebatur cum levi armatura milibus sex; H 30. vgl. legiones; C I, 39. ſ. **mille.** II. passuum; G I, 48. C II, 38. 39. III, 37, a. 97. Af 24. 63. 67. H 41 (S. 616).

naves: ad eas (naves) ... captivae Massiliensium accesserant sex; C II, 5. Caesar ... naves [VI] onerarias statim iubet Libybaeum ... proficisci; Af 37.

pensiones: milies sestertio his imposito, ut per triennium sex pensionibus populo Romano solverent; Af 90.

pedes: discussa nive sex in altitudinem pedum; G VII, 8. ex grandibus saxis sex pedum murum ... praeduxerant Galli; G VII, 46. fossam .. et maceriam sex in altitudinem pedum praeduxerant; G VII, 69.

proelia: uno die VI proeliis factis; C III, 53.

signa: signa .. sunt militaria sex relata; C III, 53.

tabulata: ita tuto ... sex tabulata exstruxerunt; C II, 9, c.

sexagies, ſechs Millionen: I. adveho: IIS LX, quod advexerat Domitius atque in publico deposuerat, ... Domitio reddit; C I, 23.

II. pacisci: palam IIS LX cum Calpurnio paciscitur; A 55.

sexaginta, ſechzig: cohortes: cohortes LX ex maximis castris praesidiisque deductas ... ducit; C III, 62.

dies: cum dierum iter LX processerit; G VI, 25.

elephanti: ipse (Iuba) cum reliquis copiis elephantisque LX lentius subsequitur; C II, 40. copias cum elephantis LX productas in aciem; Af 48. elephantos .. LX ornatos ... constituit; Af 86.

milites: Caesar desideravit milites DCCCCLX; C III, 71.

milia: summa erat capitum Helvetiorum milia CCLXIII; G I, 29. summa omnium fuerunt ad milia CCCLXVIII; G I, 29. pollicitos ex eo numero electa sexaginta (milia); G II, 4, a. ex hominum milibus LX vix ad quingentos ... sese redactos esse dixerunt; G II, 28. hae (copiae) erant armata circiter milia LX; G V, 49. cum ab hibernis Ciceronis milia passuum (Caesar) abesset circiter LX; G V, 53. duces hostium LX milia ex omni numero deligunt; G VII, 83.

naves: LX naves ... cursum tenere non potuisse; G V, 5. quas (naves) postea Labienus faciendas curaverat numero LX; G V, 23.

pedes: exstruitur agger in altitudinem pedum sexaginta; G VIII, 41. antecedebat testudo pedum LX; C II, 2. musculum pedes LX longum ... facere instituerunt; C II, 10.

scaphae: *qui* (Antonius) ... scaphas navium magnarum circiter LX cratibus pluteisque contexit; C III, 24.

sexcenarius, von ſechshundert Mann: funditorum cohortes sexcenarias II (habebat); C III, 4, a.

sexcenti, ſechshundert: alqs: vulnerantur amplius DC; C I, 46.

adversarii: ex numero adversariorum circiter DC interfectis; C II, 35, b.

captivi: numerus captivorum omnino fuit sexcenti; A 18.

devoti: cum DC devotis, quos illi soldurios appellant; G III, 22.

equites: ipse (Caesar) ‖ cum ‖ DC equitibus magnis itineribus progreditur; C II, 19. subsidio DC equites Numidae ... mittuntur a Varo; C II, 25, a. ut anguste ... DC equites transportare possent; C III, 2. ex quibus (equitibus) DC Gallos Deiotarus adduxerat; C III, 4, a. cum ... haberet .. equites vix DC; Af 1. cum equitibus Numidis MDC electis; Af 18. cum equitibus Gallis Germanisque MDC, ... praeterea Petreiano auxilio adhibito equitibus MDC; Af 19, b.

milia: una ex parte a Suevis circiter milia passuum sexcenta agri vacare dicuntur; G IV, 3.

naves: circiter sexcentas eius generis ... naves ... invenit instructas; G V, 2.

obsides: sexcentos obsides poposcit; G II, 15. sexcentos obsides dari iubet; G VII, II, a.

passus: circiter passus sexcentos ab iis (Germanis) castris idoneum locum delegit; G I, 49. hic locus ab hoste circiter passus sexcentos ... aberat; G I, 49.

pedes: quod (spatium) est non amplius pedum sexcentorum; G I, 38. intermisso spatio pedum DC; C III, 63, a.

senatores: ex sexcentis ad tres senatores ... sese redactos esse; G II, 28.

sexennis, ſechsjährig: legem promulgavit ut sexenni die || sexies seni dies || sine usuris creditae pecuniae solvantur; C III, 20.

sextus, ſechſte: dies: ipse (Caesar) navem conscendit a. d. VI Kal. Ian.; Af 2. post diem VI, quam Africam attigit; Af 19, b. ipse (Caesar) VI Kal. Febr. circiter vigilia prima imperat, ... ut ..; Af 37.

hora: sese subito proripiunt hora circiter sexta eiusdem diei; C I, 80. luna hora circiter sexta visa est; H 27.

legio: legiones XIV et VI ex hibernis ab Arare educit; G VIII, 4. legiones ibi veterana sexta secum reducta ceteras reliquit; A 33. quo (cornu) veterana legio sexta erat collocata; A 76. legionem sextam decedere ad ... honores accipiendos in Italiam iubet; A 77. qui (cives Romani) sunt in legione IV et VI; Af 35, a. incredibiliter ex legionibus IV et VI Scipionis milites diffugere; Af 52. eruptionem ad legionem VI fecerunt; H 12. — habuit legionem ... XXIX, XXVI in media acie; Af 60. — ad legiones profectus (Domitius) unam ex tribus XXXVI secum ducit; A 34, b. adiungit [Cn.] Domitius legioni XXXVI duas ab Deiotaro; A 34, b. XXXVI legionem in dextro cornu collocavit; A 39. XXXVI legio ... adeo secundum proelium fecit, ut ..; A 40. victrices regiae copiae ... converterunt se ad XXXVI legionem; A 40. XXXVI legio in loca se superiora contulit; A 40.

si, wenn, wofern, ob, ob etwa: A. **abhängig: a. allein:** I. conor: Helvetii ..., si perrumpere possent, conati; G I, 8.

exspecto: hanc (paludem) si nostri transirent, hostes exspectabant, nostri autem, si ab illis initium transeundi fieret; G II, 9. ſ. **exspecto,** II, 3 (2 St.) S. 377, a.

tempto: temptemus, hoc modo si possimus || possumus || omnium voluntates recuperare; F 18.

II. zum Satz: nutu vocibusque hostes, si introire vellent, vocare coeperunt; G V, 43. Lucium Minucium Basilum ... praemittit, si quid celeritate itineris ... proficere possit; G VI, 29. circumfunduntur ex reliquis hostes partibus, si quem aditum reperire possent; G VI, 37. se ... clam ex castris exisse, si quid frumenti aut pecoris in agris reperire possent; G VII, 20, c. equitatum ... ostentare coeperunt, si ab re frumentaria Romanos excludere ... possent; G VII, 55, b. reservatis Haeduis atque Arveruis, si per eos civitates reciperare posset; G VII, 89. is (Caesar) ... exspectabat ... responsa, si qua hominum aequitate res ad otium deduci posset; C I, 5. ne graventur sua ... postulata deferre, si parvo labore magnas controversias tollere ... possint; C I, 9, a. illi vadum fluminis Sicoris tentare, si transire possent; C I, 83. qui se illi (Caesari) initio civilis belli obtulerant, si sua opera in bello uti vellet; C III, 1. ut venientibus in itinere se opponeret, si imprudentes ex insidiis adoriri posset; C III, 30, a. Caesar exercitum ... produxit, si Pompeius proelio decertare vellet; C III, 56. sed † eadem spectans, si itinere impeditos perterritos deprehendere posset; C III. 75. magnum .. numerum ... scapharum producunt ..., si quid ipsa multitudo ... nostris terroris afferre possent; A 14. uti sibi daret potestatem cum Considio agendi, si posset aliqua ratione perduci ad sanitatem; At 4. elephantos ... instructos constituit, id hoc consilio, si posset Vergilius ... a pertinacia deduci; Af 86.

b. Verbindungen: forte: ſ. **fors,** II. si; G V, 50. VIII, 8. Af 63 (S. 405, b).

vel: ne occasionem navigandi dimitterent, si vel ad litora Apolloniatium cursum dirigere ... possent; C III, 25.

B. **unabhängig: a. allein:** I. **Indicativ:** 1. **Präſens:** si quod est admissum facinus; G VI, 13, a. discedimus; C II, 31, a. qui ... excellit; G VI, 13, b. vos poenitet; C II, 32, d. Caesarem probatis; C II, 32, c. si caedes facta, si de hereditate ... controversia est; G VI, 13, a. sunt plures pares; G VI, 13, b. quid in nobis animi est; G VII, 38, b. S. V. G. E. V.; II 26. quid timent; F 26. res in suspicionem venit; G VI, 19. qua in parte nostri laborare ... videbantur; G VII, 67. ita vultis; G V, 30. vis; F II. — 2. **Perfect:** compertum est; G VI, 19. quo afflictae casu conciderunt; G VI, 27. qui si maxime nocentes sunt multati, tamen ..; A 55. ſ. I. est; G VI, 13, a. 6. C II, 24. — 3. **Imperfect:** quid erat durius; G I, 48. — 4. **Plusquamperfect:** qua oppida vi ceperat; H 1. qui ... equo deciderat; G I, 48. qui cupidius intraverant; G VIII, 16. qua maior oppresserat vis; C II, 8. quando nostri ... navem religaverant; C II, 6, a. reliqui si quid fuerat; C I, 48, b. — 5. **Futur I:** decertare cogentur; G VII, 77, b. rempublicam ... defendetis; Af 44. mihi vitam tribues; H 19. volent grati esse; F 18 — 6. **Futur II:** gravius quid acciderit; G V, 30. quid durius acciderit; C III, 94. haec vada ... intraris; A 15. quem (locum) si qui vitare voluerit || voluerunt ||; C II, 24. — 7. **umſchreibende Formen:** mons erat ascendendus; C I, 79. quo erat longius prodeundum; G I, 48.

II. **Conjunctiv:** 1. **Präſens:** si quid accidat Romanis; G I, 18, b. quid his per vim accidat; G III, 22. ita accidat; G VII, 74. accidat; C I, 36. cunctetur atque agat lenius; C I, 1. res cogat atque auxilia morentur; G VII, 78. vim facere conentur; G I, 8. flumen transire conentur; G III, 11. suae saluti consulant; G VII, 66, b. obsides ... dentur; G I, 14. eis || sibi || facultas detur; C III, 15. qui ... omnis secundos rerum proventus exspectent; G VII, 29. si Haeduis ..., item si Allobrogibus satisfaciant; G I, 14. vim faciat neque pareat; G V, 7. aliter si faciat; G VI, 11. sibi fiat potestas; C I, 22. pedites suis auxilium ferant; G VII, 66, b. lacessantur; G IV, 7. per te liceat; G V, 30. reipublicae commodo facere possint; G VI, 33. fieri possit; C I, 84. illi ... premantur; G IV, 33. qui locus misericordiae relinquatur; C I, 84. stipendium remittatur et dediticii subtrahantur; G I, 44, b. senatus sequatur; C I, 1. quicquam ab his praesidii sperent; G V, 41. celeriter succurratur; C III, 80, a. usus veniat; G VII, 80. videatur; G V, 36. haec si gravia ... videantur; G VII, 14, b. sibi magis honorem tribuere ... videantur; G VII, 20, b. quid ille se velit; G I, 34. si iterum experiri velint ...; si pace uti velint; G I, 44, a. velit suos recipere; G III, 8. suam gratiam Romani velint; G IV, 7. velint; G IV, 8. velit secum colloqui; G V, 36. ab armis discedere velint; G V, 41. audacter ... sententias dicere velint; C I, 1. postea velit; C I, 1. — 2. **Perfect:** quis quid ... fama acceperit; G VI, 20. pars aliqua .. ceciderit; G VI, 40. suas copias ... introduxerint et eorum agros populari coeperint; G II, 5. se ... cum hostibus coniunxerint; G VII, 39. ab armis sit discessum; C I, 26, b. haec si enuntiata Ariovisto sint; G I, 31, d. quod si fecerit; G II, 14. eius rei sit potestas facta; C I, 26, b. id sit factum; C I, 85, c. qua bella inciderint; G II, 14. Romani si casu intervenerint, fortunae, si alicuius indicio vocati, huic habendam gratiam; G VII, 20, b. rem obtinuerint; G VII, 85. Helvetios superaverint; G I, 17.

qui ex nostris transfugerit; II 22, b. — 3. Imperfect: maiores copias adduceret; G VIII, 7. ille adesset; G V, 29. condiciones ... rursus appeteret aut † sine causa discederet ‖ si recusatis cederet ‖; A 39. arbitraretur; G III, 1. proelium committeretur; C I, 82. quos adversum proelium ... commoveret; G I, 40, c. sibi vitam concederet; H 19. transire conarentur; G I, 8. eam paludem Romani perrumpere conarentur; G VII, 19. quae (impedimenta) si ... subtrahere conarentur; G VIII, 33. Apolloniam ... oppugnare ... conaretur; C III, 78, b. Gallia ... consentiret; G V, 29. consumeret frumentum; A 61. ipse ad exercitum contenderet; G VII, 6. Pompeius eodem contenderet; C III, 78, a. oppidum capere contenderet; H 36. legiones contineret; G VII, 10. Belgae ... exercitibus continerentur; G VIII, 54. in eum casum deducerentur; G II, 31. tempus ... deficeret; G IV, 20. in aliud tempus differretur; C I, 86. ancipiti proelio dimicaretur; C III, 63, a. contra hostem si ducerentur; C III, 31. (legiones) ex hibernis educeret; G VII, 10. extremum auxilium experirentur; G III, 5. id si fieret; G I, 10. pacem ... faceret; G I, 13. impetum faceret; G I, 44, c. quando quid Pompeius tardius ... faceret; C III, 82, a. * qui si ... sui potestatem facerent; H 26. acerbius inopiam ferrent; G VII, 17, b. Caesar iter illo haberet; C III, 78, b. quid ... iniretur consilii; G VII, 9. quod periculum provinciae interretur; A 42, b. ipsi lacesserentur; G IV, 11. quem timor armorum Caesaris laederet; G VIII, 52. in eo manerent ... stipendiumque .. penderent; G I, 36. oporteret; G I, 45. quid ipsi a Caesare opus esset; G I, 34. quid opus facto esset; G I, 42. quo opus esset; G II, 8. permanerent in fide; A 33. permaneret in sententia; A 63, b. Caesar permitteret; G V, 3. Tarraconem peterent; C I, 73. possent; G II, 9. C I, 58. ut, si quid possent, ... impetrarent; G IV, 13. reipublicae commodo facere posset; G V, 46. possent se vindicare in libertatem; G VIII, 1. quam (poenam) si ... inferre integris posset; G VIII, 21. trahere tempus posset; A 38. posset; Af 20, a. qua condicione posset; H 5. quis a domino prehenderetur; C III, 110. premerentur; G IV, 19. C I, 44. id facere ... prohiberetur; G IV, 16. quaererent; G I, 40, c. sese reciperent; C III, 51, b. in Gallia remanerent; G IV, 8. quo pacto sentirent ea; A 24, a. illa sentiret; A 24, b. essent ingrati; A 33. cuius si rei facultas esset; A 61. quem (collem) si tenerent nostri; G VII, 36. illud tenerent; C III, 17. in Italiam transiret; C III, 78, b. classe ipsi valerent; A 12. qua ex parte obviam contra veniretur; G VII, 28. Caesar ... veniret; G VIII, 7. quid vellent; G I, 7. sibi purgati esse vellent; G I, 28. vellet ... contendere; G I, 48. amplius obsidum vellet; G VI, 9. negotium confici ... vellet; G VI, 34, a. continere ... manipulos vellet; G VI, 34, b. longius progredi vellet; G VIII, 3. Ilerdam si reverti vellent; C I, 73. palam si colloqui vellent; C I, 84. hoc sibi remitti vellent; C III, 17. vellet; C III, 23. vellet eum locum occupare; Af 50. qui perfugere vellent; Af 51. — 4. Plusquamperfect: cum exercitu accessisset; A 34, b. legiones quoque accessissent; Af 72. quid adversi accidisset; C II, 5. quid gravius accidisset; C II, 30. quid gravius illis accidisset; A 11. durior accidisset casus; A 14. quid esset ... detrimenti acceptum; G VI, 1. alterum (collem) amisissent; G VII, 44. quis appellavisset; C III, 20. priores montes ... attigissent; C I, 70. quorum si qui ... cessisset ‖ quoniam si ipsi ... cessissent ‖; A 16. sese recipere coepissent; G III, 24. progredi coepisset; G V, 56. coactus esset ... externum sustinere hostem; G VIII, 27. res coëgisset; Af 42. quem (tumulum) si occupavisset Caesar et communisset; C I, 43. omnino turris concidisset; C II, 12. se convertissent et pila ... coniecissent; Af 70. nova manus ... sese coniunxisset; G I, 37. proelio contendissent; G I, 50. qui ad eos Eburones ... convenissent; G VI, 32. prius ... se dedidissent; G II, 32. haec esset ... turris elata; C II, 8. enuntiatum esset; G I, 31, a. Romanos castris expulissent; G IV, 34. id ita fecisset; G I, 35. quorum si ... senatus sibi .. fidem fecisset; G IV, 11. fugae similem profectionem fecisset; G V, 47. ita fecissent; G VI, 32. quos fortuna reliquos fecisset; G VIII, 24. quae si fecisset; C I, 10. ibi ... turrim ... fecissent; C II, 8. quod si fecisset; C III, 57. quod si esset factum; C III, 73, b. id si fecissent; C III, 102, b. fecisset; A 70. id si fecisset; II 18, b. tardius rem gessissent; G VII, 19, b. qui si improbasset; C I, 32, a. qua esset imposita dimicandi necessitas; C III, 77. plures consilia inissent; G VIII, 44. diversa bella ... intulissent; G VIII, 1. uterque ... iuravisset ..; C III, 10, b. qui si invissent; G I, 26. naves ... essent ... missae; G IV, 17, b. quas (naves) si occupavissent; C III, 111. ipsi ... occucurrissent; C III, 92. essent hostes pulsi; G IV, 35. (litteras) pertulissent; G V, 40. quam (aestatem) si sustinere potuissent; G VIII, 39. hostem libero intercludere ... potuissent; C I, 68. quos ... fortuna servare potuisset; C II, 41, b. praetergressus esset; Af 58. probasset; C I, 32, a. Ambiorigem ... recepissent; G VI, 6. legio .. sese recepisset; C III, 45. inceptam oppugnationem reliquissent; G VII, 17, b. in eo, si id oppidum retinuissent; G VII, 21. se ... secuti essent; C II, 28. qui (populus Romanus) si alicuius iniuriae sibi conscius fuisset; G I, 14. proinde, si qua fuisset facultas, ... veniret; C I, 19. inferiores fuissent; A 16. superavissent; C II, 5. superassent navibus; H 16. flumen transissent; G VII, 5. ad eos venissent; G II, 17. nostros loco depulsos vidisset; G VII, 49. acrius insequi voluisset; C III, 51, a. — 5. umſchreibende Formen: quae polliceretur repraesentaturus esset; A 70. quo (rege) si auctore in Caesaris fidem ... venturi essent; A 23. ut ‖ si ‖ mihi defendendi essent Alexandrini neque fallaces esse; A 7. esset dimicandum; C III, 109. esset in perficiendis pontibus perichtandum; G VII, 56.

b. Verbindungen: 1. **affirmativ:** ac: ac si quando magnitudine operis forte superati suis fortunis desperare coeperant; G III, 12. Morini ... circumsteterunt ac, si sese interfici nollent, arma ponere iusserunt; G IV, 37. neque vero idem profici longo itineris spatio, ... ac si coram ... disceptetur; C I, 24. proinde aestimans, ac si (opera) usus esset; C III, 1. proinde ac si virtute vicissent; C III, 72. ab oppidanis, ac si suarum partium essent, conservati *; II 13, b. ac si, ut cogitata praeclare eloqui possent, nonnulli studio ... elaboraverunt; F 6.

etiam: ut, si qui etiam in praesentia se occultassent, tamen his ... inopia pereundum videretur; G VI, 43.

forte: ſ. **fors,** II. si (6 St.) S. 405, b.

modo: ſ. **modo,** I, 6 (3 St.) S. 623, a.

nam si legiones in provinciam arcesseret, se absente ... dimicaturas intellegebat; G VII, 6.

nisi si quid in Caesare populoque Romano sit auxilii, omnibus Gallis idem esse faciendum, quod ..; G I, 31, d.

quidem: ſ. **siquidem.**

quod: ſ. **quod,** A, II. si (14 St.) S. 921, a.

tamen: neque opinantibus omnibus — si tamen in omnibus fuit Cassius; A 63, b.

velut: quod ... absentis .. Ariovisti crudelitatem, velut si coram adesset, horrerent; G I, 32.

vero: dum pares ambo viderentur; si vero alteri paulum modo tribuisset fortuna ..; C III, 10, b.

II. **negativ:** minus: ſ. **parum,** II, 3 (3 St.) S. 754, b.

nemo: si nemo premeret; C III, 112, a.

nihil: si nihil esset durius; G V, 29. si nihil in oppugnatione oppidi profecissent; G VII, 20, c.

nolo: si (Caesar) ab ora maritima Oricoque discedere nollet; C III, 78, b. ſ. I. ac; G IV, 37.

non: si iam principatum Galliae obtinere non possint; G I, 17. si se invito Germanos in Galliam transire non aequum existimaret; G IV, 16. in quo (consilio) si non praesens periculum, at certe longinqua obsidione fames esset timenda; G V, 29. si non omnia caderent secunda; C III, 73, b. si non fortunae obsecutus videbere || ut deberes || ... nec causam secutus, ... sed meum aliquod factum condemnavisse; F 16. ſ. **non,** A, **a,** I, 6, b. si (17 St.) si modo, si quidem (S. 677, b).

nullus: si nullam partem Germanorum domum remittere posset; G I, 43, b. recta regione, si nullus amfractus intercederet; G VII, 46. si nullam praeterquam vitae nostrae iacturam fieri viderem; G VII, 77, b.

C. **elliptiſch:** in quo proelio ceciderunt milia hominum circiter xxx et si quid amplius; H 31, b.

sic, ſo, ſo ſehr, in dem Grade, auf ſolche Weiſe: I. **ohne Vergleich:** 1. **bei Verben:** ac sic accidit, uti ... neque ... ulla omnino navis ... desideraretur; G V, 23. huic (legioni) sic adiunxit octavam, ut paene unam ex duabus efficeret; C III, 89. esse nonnullo se Caesaris beneficio affectum, sic tamen, ut iustissimam apud eum causam obtinuerit; G VII, 37. sic vocibus consulis ... plerique compulsi inviti et coacti Scipionis sententiam sequuntur; C I, 2. sic rebus omnibus confectis et collocatis ... profectus est in Syriam; A 33. sic sunt (Galli) animo confirmati, ... ut omnia ... sibi patienda existimarent; G VII, 30. sic omnium ordinum partis in misericordia constitisse; C I, 85, a. sic milites consolatus eodem die reducit in castra; G VII, 19. Pompeius ... sic pro castris exercitum constituebat, ut tertia acies vallum contingeret; C III, 56. ac sic nostros contempserunt, ut ... fossas complere inciperent; G V, 51. sic deinceps omne opus contexitur; G VII, 23. sic (veterani) extra vallum deducti sunt et cruciabiliter interfecti; Af 46. hunc (ignem) sic distulit ventus, uti ... tormenta flammam conciperent; C II, 14. hi sic dispositi erant, ut a nullo * || conspici possent ||; H 40, a. sic belli rationem esse divisam, ut illi classe naves auxiliaque sua impedirent; C III, 17. sic enim existimabat tutissimam fore Galliam, si Belgae ... exercitibus continerentur; G VIII, 54. sic enim Caesar existimabat, eo proelio excellentissimam virtutem Crastini fuisse; C III, 99. sic in illo facto ... existimabant prope || [prope] || magna pars hominum ... se prope captos esse; H 3, b. sic omnibus hostium copiis fusis armisque exutis se ... recipiebant; G III, 6. sic triduum disputationibus excusationibusque extrahitur; C I, 33. sic uno tempore et de navali pugna Sabinus et de Sabini victoria Caesar certior factus *est;* G III, 19. in infinis enim sic radicibus montis (flumen) ferebatur, ut nullam in partem ... derivari posset; G VIII, 40. fundo: ſ. exuo. sic et Genabi caede et labore operis incitati (milites) ... non mulieribus ... pepercerunt; G VII, 28. sic omnibus rebus instructa classe ... procedunt; C I, 56. sic utrimque acie instructa processum est ad dimicandum; A 39. sic utrorumque exercitus instructi ... a mane usque ad horam x die perstiterunt; Af 61, a. interficio: ſ. deduco. sic neque agricultura nec ratio atque usus belli intermittitur; G IV, 1. sic se complures annos illo imperante meruisse, ut nullam ignominiam acciperent; G VII, 17, b. id .. (oppidum) natura loci sic muniebatur, ut magnam ... daret facultatem; G I, 38. dies natales et mensium et annorum initia sic observant, ut noctem dies subsequatur; G VI, 18. sic terrore oblato a ducibus crudelitas in supplicio ... spem praesentis deditionis sustulit; C I, 76. sic animo parati (Galli), ut ... haesitantes premerent ex loco superiore; G VII, 19. quos (milites) cum sic animo paratos videat, ut nullum pro sua laude periculum recusent; G VII, 19. equites praemittit sic paratos, ut confligerent; G VIII, 28. sic paratus (Afranius), ... ut ... hunc (casum) ... ferret; C I, 75. sic omne prius est perfectum, quam ..; C I, 41. sic cum suis fugientibus permixti ... ab equitatu sunt interfecti; G VII, 62, b. quorum periculo sic omnes copiae sunt perturbatae, ut vix iudicari posset, utrum ..; G VIII, 13. sic enim praedicant, partem esse Alexandriae dimidiam Africae; A 14. sic omnino animos timor praeoccupaverat, ut .. dicerent; G VI, 41. sic cotidie utrimque eminus ... pugnabatur; C I, 26, a. reliquis oppidi partibus sic est pugnatum, ut aequo proelio discederetur; C III, 112, b. ac sic proelio secundo graviter ab eo vulneratus praefectus ... refertur in castra; G VIII, 48, c. cum ab his quaereret ..., sic reperiebat: plerosque Belgas esse ortos ab Germanis; G II, 4, a. cum quaereret, sic reperiebat: nullum aditum esse ad eos mercatoribus; G II, 15. sic et ad subeundum periculum et ad vitandum multum fortuna valuit; G VI, 30. sic fortuna in contentione et certamine utrumque versavit, ut alter alteri inimicus auxilio ... esset; G V, 44, b. sic neque in loco manere ordinesque servare ... tutum videbatur; C II, 41, b.

2. **bei Adjectiv:** sic erat (Cassius) dubius animi, utrum nihil timere an omnia licere mallet; A 56.

3. **zum Satz:** sic ut prope summam muri aggerisque altitudinem acervi armorum adaequarent; G II, 32. sic ut amissis circiter XL navibus reliquae tamen refici posse ... viderentur; G V, 11. sic uti ab signis legionibusque non absisterent; G V, 17. sic uti omnino pugnandi causa resisteret nemo; G V, 51. sic ut ipsis consistendi in suis munitionibus locus non esset; C II, 16. sic ut (Caesar) nuntios expugnati oppidi famamque antecederet; C III, 80, b. sic uti ex infinita hominum multitudine pauci in oppidum se reciperent; H 4. sic ut vix in ea caede pauci (equites) effugerent; H 6. ignemque multum miserunt, sic ut || sicut || omne genus * || genus || ignis per iactus solitus est mitti; II 11. sic ut prope nostri diffiderent victoriae; H 31, a. sic ut ipse locus ad oppugnandum † hostem appeteret || impediret ||; II 41.

II. **Vergleich:** quemadmodum .. optabat eum (Mithridaten) vinci, sic satis habebat interclusum a Caesare a se retineri; A 27.

sicut magno accidit casu, ut ..., sic magnae fuit fortunae ... ipsum (Ambiorigem) effugere mortem; G VI, 30.

ut tamquam scopulum sic fugias ... insolens verbum; F 7, a.

ut ipsi concedi non oporteret, si in nostros

fines impetum faceret, sic item nos esse iniquos, quod ..; G I, 44, c. nam ut ad bella suscipienda Gallorum alacer ... est animus, sic mollis ac minime resistens ad calamitates perferendas mens eorum est; G III, 19. prima luce sic ex castris proficiscuntur, ut quibus esset persuasum ... consilium datum; G V, 31. ut reliquorum imperatorum res adversae auctoritatem minuunt, sic huius ex contrario dignitas incommodo accepto in dies augebatur; G VII, 30. se vero, ut operibus anteire studuerit, iustitia et aequitate velle superare; C I, 32, b. ut ... sine ratione prodierant, sic temere in naves fugere coeperunt; A 20, a.

siccitas, Trockenheit, Dürre: propter: qui cum propter siccitates paludum, quo se reciperent, non haberent; G IV, 38. quod eo anno frumentum in Gallia propter siccitates angustius provenerat; G V, 24.

sicubi, wenn irgendwo: sic uti ‖ sicubi ‖ ab signis legionibusque non ‖ [non] ‖ absisterent; G V, 17.

sicut, sicuti, wie, gleichwie, ſowie, gleichſam: 1. **bei Verben:** quod fore, sicut accidit, videbat; G V, 58. nam *sicut* magno accidit casu ut in ipsum ... imparatum incideret, ... sic magnae fuit fortunae ..; G VI, 30. sicut supra demonstravimus; A 28. sicut semper deposeimus; C III, 85. sicuti parta iam atque explorata victoria; G V, 43. sicut Avarici fecissent; G VII, 47, b. sicut (Caesar) erat instructus; Af 17. 77. 78, b. productas accuratius suas copias sicut instruxerat; Af 73. pario: ſ. exploro. sicuti mari portibusque Caesarem prohibebat, ita ipse (Bibulus) omni terra earum regionum prohibebatur; C III, 15. litteras .. nondum perlectas, sicut erant signatae, dat ... perferendas; Af 4. soleo: ſ. **sic,** I, 3; H 11.

II. **ohne Verb:** provinciam suam hanc esse Galliam, sicut illam nostram; G I, 44, c. viri in uxores, sicuti in liberos, vitae necisque habent potestatem; G VI, 19. ab eius (cornus) summo sicut palmae ramique late diffunduntur; G VI, 26. quam rem sicuti cetera celeriter feliciterque confecit; G VIII, 46, a. adeo ut cogerentur sicuti reliquum commeatum ita ligna atque aquam Corcyra navibus onerariis supportare; C III, 15. sicut in Africa, (loca) rudere, non tegulis teguntur; H 8. hospites ... iugulare et de muro praecipites mittere coeperunt, sicuti apud barbaros; H 15.

sidus, Geſtirn: multa .. de sideribus atque eorum motu ... disputant; G VI, 14.

signifer, Fahnenträger: 1. transfugit: signifer de legione prima transfugit et nuntiavit ..; H 18, a.

II. interficio: quartae cohortis omnibus centurionibus occisis signiferoque interfecto, signo amisso; G II, 25.

moveo, noto: nonnullos signiferos ignominia notavit ac loco movit; C III, 74.

significatio, Zeichen, Andeutung, Kundgebung: I, 1. facio: ſ. **facio,** III. significationem (5 St.) S. 387, a.

2. cognosco ex: ut ex ipsa significatione cognosci potuit; C I, 86.

intellego ex: cum ex significatione Gallorum novi aliquid ab iis iniri consilii intellexissent; G VII, 12.

II. cognoscere: qua significatione qui in oppido obsidebantur de suo adventu cognoscere possent; G VII, 81.

significo, Zeichen geben, anzeigen, zu erkennen geben: 1, 1. unperſönlich: ut fumo atque ignibus significabatur; G II, 7.

2. alqs: cognita Pompei profectione ... (Brundisini) vulgo ex tectis significabant; C I, 28. vgl. III. rem.

II, 1. de: conclamare et significare de fuga Romanis coeperunt; G VII, 26.

2. indir. Frage: gaudeo mehercule vos significare litteris, quam valde probetis ea, quae ..; F 18.

3. ut: et voce et manibus universi (milites) ex vallo ... significare coeperunt, ut statim dimitterentur; C I, 86. vexillo sublato ... quae primae naves subsequebantur idem ut facerent, significabat; A 45.

4. acc. c inf.: maiores natu ... manus ad Caesarem tendere et voce significare coeperunt sese in eius fidem ... venire; G II, 13. hac re significari magnum numerum civitatium suam vim sustinere non posse; G IV, 3. periculum vitae dolorque vulnerum pecuniae remissus crudelitatem cum avaritia certasse significabat; A 55.

III. deditionem: deditionem significare et proiectis armis mortem deprecari incipiunt; G VII, 40.

rem: ubicumque maior ... incidit res, clamore per agros regionesque significant; G VII, 3.

timorem: quorum timor cum fremitu et concursu significaretur; G IV, 14. timorem .. eorum, qui mitterent, significari; C I, 32, b.

signo, verſiegeln: litteras: litteras .. nondum perlectas, sicut erant signatae, dat homini certo ad Scipionem perferendas; Af 4.

locellum: locellum tibi signatum remisi; F 21.

tabellas: quod ... neque ... tabellas signatas dederat; Af 3.

signum, Zeichen, Kennzeichen, Signal, Loſung, Feldzeichen, Heeresabteilung, Sternbild: 1. appropinquant: ubi signa legionum appropinquare coeperunt; C I, 51.

coeperunt: quo facto ab universis cohortibus signa in hostem coepere inferri; Af 82. ſ. appropinquant.

concinunt: neque frustra antiquitus institutum est, ut signa undique concinerent; C III, 92.

